

# FESTA PROPRIA DICESEOS MISNENSIS

A SACRA RITUUM CONGREGATIONE  
REVISA ET APPROBATA DIE 7 JUNII 1951

## PARS VERNA

Lizenz Nr. 480/22/52

ST. BENNO-VERLAG, G. m. b. H., Leipzig  
Satz u. Druck: F. W. Cordier, Heiligenstadt

## Misnensis

Præsens Kalendarium, iuxta Rubricas et Decreta novissima redactum, Sacra Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XII tributarum, revisione rite peracta, recognovit ac probavit, illudque in dioecesi Misnensi adhiberi concessit: servatis de cetero Rubricis et Decretis, præsertim quoad festa Dedicationis et Titularis Ecclesiarum nec non Patronorum cuiusque loci. Quod vero spectat ad Santos, vel Beatos, qui neque in Romano Martyrologio descripti sunt, neque publico cultu a Sancta Sede decreto vel ab eadem confirmato potiuntur, viget Decretum Sacræ Congregationis diei 28 Aprilis 1914, iuxta quod Eos, si in locis particularibus ex immemorabili consuetudine publico ac religioso cultu honorentur, in Kalendario servare liceat, signo aliquo seu asterisco notatos; quo ex inscriptione eorum cultus neque approbatus neque ipsi æquipollenter beati habeantur. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 7 Junii 1951.

(L. S.)

† C. Card. Micara, Pro-Præf.

† Alfonsum Carinci,

Archiep. Seleuc., Secretarius

## **APPROBATIO**

Concordat cum Originalibus.

Budissæ, die 26. Aprilis 1953

† Henricus

Eps. Misnensis.

# KALENDARIUM PERPETUUM

Omnia ut in Kalendario Ecclesiæ universalis exceptis diebus infra descriptis.

## Martius

- 15 S. Clementis Mariæ Hofbauer Conf., duplex

## Aprilis

- 21 S. Conradi a Parzham, Conf. duplex. Com.  
Anselmi Ep., Conf. et Eccl. Doct. (duplex).  
23 S. Georgii Mart., semiduplex. Com. S. Adalberti  
Ep. et Mart.  
27 S. Petri Canisii Conf. et Eccl. Doct., dupl. II

## Majus

- 4 S. Monicæ Viduæ, duplex. Com. S. Gothardus  
Ep. et Conf.  
6 S. Joannis ante Portam Latinam, Patroni æque  
principalis diocesenos, duplex I cl. cum Octavæ  
comm.  
7 S. Stanislai Ep. et Mart., duplex. Com. Octavæ.  
8 Apparitio S. Michaelis Archang., duplex majus.  
Com. Octavæ.  
9 S. Gregorii Nazianzenzi Ep., Conf. et Eccl. Doc  
duplex. Com. Octavæ.  
10 S. Antonini Ep. et Conf., duplex. Com. Octavæ  
et Ss. Gordiani et Epimachi Mart.  
11 S. Walburgæ Virg., duplex. Com. Octavæ.  
12 Ss. Nerei, Achillei et Domitillæ atque Pa  
ratii Mm., semiduplex. Com. Octavæ.  
13 Octava S. Joannis ante Portam Latinam, du  
majus. Com. S. Roberti Bellarmino Ep., Cor  
et Eccl. Doct. (duplex).  
16 S. Joannis Nepomuceni Mart., duplex majus.  
Commemoratio S. Ubaldi Ep. et Conf. (se  
duplex).

## Junius

- 5 S. Bonifatii Ep. et Mart., duplex II classis.

# FESTA PROPRIA DICECESEOS MISNENSIS

## PARS VERNA

Die 15 Martii

S. Clementis Mariæ  
Hofbauer Conf.

Duplex

Oratio

Jesus, qui beatum Cle-  
mémentem Mariam miro-  
dei róbore et invictæ  
constantiæ virtute deco-  
nisti: ejus méritis et ex-  
mplis fac nos, quæsus-  
us, ita fortes in fide et  
irritate ferventes; ut præ-  
lia consequámur æterna-  
er Dóminum.

Et fit Commemoratio Feriae.  
In Nocturno Lectiones Bea-  
tis vir, de Communi Conf.  
on Pont. i loco.

### In II Nocturno

Lectio iv

Clemens María Hofbauer  
Tassovítii in Morávia  
atus, a prima ætate in  
chola christiánæ perfec-  
ónis eruditus est; magí-  
ra potíssimum religiosís-  
ma matre, quæ puéru-  
im post patris óbitum

osténsa Christi Dómini e  
cruce pendéntis imágine  
sic allocúta fertur: En fili,  
qui hinc in pósterum tibi  
futurus est pater; cura, ut  
per eam, quæ ipsi placet,  
viam incédas. Adoléscens  
pistóriam artem dídicit:  
sed ad majóra se vocári  
præséntiens cœpit inter  
laboriósae artis exercítium  
ad stúdium incúmbere litterárum. Bis Romam pe-  
des ad límina Apostoló-  
rum peregrinátus est, bis  
étiam rerum cælestium  
contemplatióni libérius  
vacatúrus in erémum se-  
céssit. Verum Deo illum  
ad altióra vocánte inter-  
míssa litterárum stúdia in  
Vindobonénsi Universi-  
tate repétiit, navitérque  
prosecútus est; donec ex  
purióre fonte sacras dis-  
ciplínas haustúrus, Ro-  
mam tértium remigrávit.  
Ibi in sancti Alfónsi famí-  
liam singulári Dei pro-

vidéntia cooptátus est, quam ipsíus ópera in dís-sitas regíones propagá-tum iri sanctus idem Pa-rens divíno instínctu præ-sénsit ac palam prænun-tiávit.

R. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodívít eum ab inimícis, et a se-ductóribus tutávit illum:  
\* Et dedit illi claritatēm aëternā. V. Justum de-dúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi re-gnum Dei. Et.

Lectio v

A bsolúto cum magno spí-ritus fervóre tirocínio ac presbyter factus in sep-tentrionáles Európae pro-víncias a Sede apostólica missus est. Erécto Varsáviae in Polónia primo suæ Congregatiónis domicílio, et plúribus sibi adjúnctis sóciis, incredíble est, quam copioso ibi fructu sacerdotália múnera ultra vicénnum expléverit; ni-hil labóris recúsans, sive ut cathólicos ad bonos mores et pietatis cultum revocáret, sive ut hæréti-cos et Judæos ad veram

fidem addúceret. Multa étiam ad religíosam juven-tútis institutióne præstít. Orphanórum sortem miserátus eréxit hospiti-um, ubi misérrimos quos-que patérrna caritáte alé-bat; visus subínde stipem eórum causa emendicáre, immo nec fáciem ab incre-pántibus et in se conspu-éntibus avértere. Inter has autem curas semper coram Deo ámbulans, Deí-paræ Virgini, cujus Rosárium assídue recitábat, singuláriter devótus, rec-tus, simplex, húmilis, cunctis affábilis et benígnus, ómnibus velut sanc-titatis exémplar júgiter praelúxit.

R. Amávit eum Dómi-nus, et ornávit eum: sto-lam glóriæ índuit eum, \* Et ad portas paradísi co-ronávit eum. V. Induit eum Dóminus lorícam fí-dei, et ornávit eum. Et.

Lectio vi

D eo soli confísus, plures institúti sui domus váríis in regiónibus eré-xit. Ipse vero multas,

ob tēporum iniuitatē, acerbitatēs perpēssus, et e Polónia tandem cum suis expulsus, secēssit Vindobónam, ubi duodecim postrémis vitæ annis, ad Dei glóriam strénue operári perseverávit. Præter sédulam enim sancti moniálium vírginum curam totus in eo fuit, ut prædicatióne verbi Dei, sacraménti Pœnitentiæ administratióne quam plúri-mas a salúte dévias ánimas Christo lucrifáceret. Quem caritatis ignem, tum sacerdótibus, tum máxime seléctae júvenum cohórti, quorum complúres suum Congregatióni nomen dérunt, infúndere adlaborávit. Illud autem indefessa sua ópera consecútus est, ut languescéntem pópuli fidem catholicúm que spíritum non parum illa aëtate imminútum corroboráret; dignus prop térea, quem Pius séptimus virum apostólicum, Vindobonénsis cleri de cus, Ecclesiæque cólumen appelláret. Méritis tandem plenus, et prodigió-

rum aliorúmque cælesti um charísmatum múnere illústris, prope septuagé-narius obdormívit in Dómino, Idibus Mártiis, anno millésimo octingenté-simo vigésimo. Eum Leo décimus tértius, miráculis clarum, Beatórum catálo-go, Pius vero décimus no-vis fulgéntem signis Sanctórum fastis accénsuit.

R. Iste homo perfécit ómnia quæ locútus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingrédere in réquiem me-am: \* Quia te vidi ju-stum coram me ex ómnibus géntibus. V. Iste est, qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad cæ-léstia regna. Quia. Gló-ria Patri. Quia.

In III Nocturno Homilia in Evangelium Nolite timére, de Communi Conf. non Pont. 2 loco.

IX Lectio de Homilia Feriae et fit ejus Com. in Laudibus et II Vesperis.

Die 21 Aprilis  
S. Conradi a Parzham  
Confessoris

Duplex

V. Amávit eum Dómi-nus, et ornávit eum. (T. P.

Allelúja.) R. Stolam glóriæ induit eum. (T. P. Allelúja.)

Ad Magnif. Ant. Similábo eum \* viro sapiénti, qui ædificávit domum suam supra petram. (T. P. Allelúja)

Oratio

**D**eus, qui misericórdiæ tuæ jánuam fidélibus patére voluísti: te súpplices exorámus; ut, intercedénte beáto Conrádo Confessóre tuo, temporália subsídia nobis tríbuas et ætérna. Per Dóminum.

Commemoratio S. Anselmi Ep., Conf. et Doct.

Ant. O Doctor óptime, Ecclésiæ sanctæ lumen, beáte Ansélme, divinæ legis amátor, deprecáre pro nobis Ffílium Dei. (T. P. Allelúja.)

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. (T. P. Allelúja.) R. Et osténdit illi regnum Dei. (T. P. Allelúja.)

Oratio

**D**eus, qui pópulo tuo ætérnæ salútis beatum Ansélmum minístrum tri-

buísti: præsta, quæsumus ut, quem Doctórem vita habúimus in terris, intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum nostrum.

In II Nocturno

Lectio iv

**C**onrádus, in ruráli prædio ad oppidum Parzham in diœcési Passaviénsi, piis honestisque paréntibus natus, inde a puer modéstia et solitúdini: amóre, quanta futúrus eset sanctitaté, præmonstrávit. Mirus jam tum in elucidébat devotiónis fervor máxime cum in ecclési oráret; quam longe sitam neque itínere neque frígore detérritus, frequenter solébat. Summo erga beatam Vírginem amóre inflammátus, quotídie ejus Rosárium assídue iterábatur diebúsque festis persæpe ad remotiéra ipsius Dei: paræ sanctuária pergebat ex quibus pedestribus peregrinatióibus, júgiter orando suscéptis, domum remeábat sub vésperum fere semper jejúnus. In-

gra juventúte in agró-m cultúra transácta, ut ctius Deo adhæreret eí- ie libérius famularétur, undo valedícere státuit; iaprópter perámplo pa- imónio abdicáto, annum ꝑens primum supra tri- sisum inter fratres lái- s órdinis Minórum Ca- iccinórum adnumerári stinuit.

R. Honéstum fecit illum óminus, et custodívít im ab inimícis, et a se- ictóribus tutávit illum: Et dedit illi claritátem térnam, allelúa. V. Ju- um dedúxit Dóminus per las rectas, et osténdit illi egnun Dei. Et.

#### Lectio v

¶ tatiab emíssa profes- sione, ad sanctæ Annæ onvénatum civitatis Vettíngæ missus fuit; lo- is autem célebris est et equentíssimus inter cé- era Germánicæ dicionis Iariána sanctuária, ádeo t plura fidélium centéna illia illuc síngulis annis onvéniant. Ob tantum ad ándem civitátem concúr-

sum, perdiffícile in cœnó- bio evádit janitóris offí- cium; quod Conrádus, cui hujúsmodi munus statim ab ejus advéntu fúerat de- mandátum, ad óbitum us- que retínuit, et tamquam exémpli apostolátum ex- plévit. Impiger in labóre, parcus in loquéndo, erga páuperes largus, in pere- grínis excipiéndis juvan- disque promptus, per an- nos quadragínta et ámplius ostiárii onus æquanímiter gessit, máximo incolárum et peregrinórum emolu- ménto, in ómnibus tum ánime tum cörperis neces- sitatibus.

R. Amávit eum Dómi- nus, et ornávit eum: sto- lam glóriæ índuit eum, \* Et ad portas paradísi co- ronávit eum, allelúa, V. Induit eum Dóminus lorí- cam fídei, et ornávit eum. Et.

#### Lectio vi

Virtútibus ómnibus præ- clárus, siléntium summ- ópere adamávit. Per diem subsecíva téporis mo- ménta insumébat in quo- dam tuguríolo, jánuæ pro-

píquo, e quo sanctíssimam Eucharístiam invísere et adoráre póterat; de nocte vero horas subripiébat somno, quas in frátrum condítorio vel in ecclésia oratióni dabat. Etsi consenuíset, quiéti numquam se trádidit, sed in labóribus piísque exercitiis ad extrémum usque perréxit. Revéra quadam die cum plúribus peregrinántium turmis satisfecíset, agnóvit córporis víribus prorsus destítui; ac tríduo post, undécimo Kaléndas Maji, obdormívit in Dómino, anno millésimo octingentésimo nonagésimo quarto, aëtatis suæ septuagésimo quinto. Hunc Dei fámulum, heróicis virtútibus et miráculis clárum, Pius Papa undécimus anno millésimo nongentésimo trigésimo inter Beátos réttulit; novísque miráculis fulgéntem, quadriénio post, idem Summus Póntifex Sanctórum fastis solémniter adscrípsit.

R. Iste homo perfécit ómnia quæ locútus est ei Deus, et dixit ad eum: In-

grédere in réquiem meam:  
\* Quia te vidi justum coram me ex ómnibus géntibus, allelúa. V. Iste est, qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad cælestia regna. Quia. Glória Patri. Quia.

### In III Nocturno

Léctio sancti Evangélii secundum Lucam

Lectio vii Cap. 12, 35-40

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Sint lumbi vestri præcíncti, et lucérnæ ardéntes in máni-bus vestris. Et réliqua.

Homilia sancti Gregórii Papæ

Homilia 13 in Evangelia

S ancti Evangélii, fratres caríssimi, apérta vobis est léctio recitáta. Sed, ne alíquibus ipsa ejus planíties alta fortásse videátur, eam sub brevitáte trans-cúrrimus, quátenus ejus exposítio ita nesciéntibus fiat cógnita, ut tamen sciéntibus non sit onerósa. Dóminus dicit: Sint lumbi vestri præcíncti. Lumbos enim præcínctimus, cum carnis luxúriam per con-

tinéntiam coarctámus. Sed, quia minus est mala non ágere, nisi étiam quisque stúdeat et bonis opéribus insudáre, protinus ád-ditur: Et lucérnæ ardén-tes in máníbus vestris. Lucernas quippe ardéntes in máníbus tenémus, cum per bona ópera próximis nostris lucis exémpla mon-strámus. De quibus profecto opéribus Dóminus dicit: Lúceat lux vestra coram homínibus, ut ví-deant ópera vestra bona et glorificant Patrem ve-strum, qui in cælis est.

R. Iste est, qui ante Deum magnas virtútes operá-tus est, et de omni corde suo laudávit Dóminum: \* Ipse intercédat pro peccátis ómnium populórum, allelúja. V. Ecce homo sine queréla, verus Dei cultor, ábstinens se ab omni ópere malo, et pérmanens in in-nocéntia sua. Ipse.

#### Lectio viii

**D**uo autem sunt, quæ jubéntur: et lumbos restríngere, et lucérnas te-nére; ut et mundítia sit ca-stitatis in córpore, et lu-

men veritatis in operatió-ne. Redemptóri étenim no-stro unum sine áltro pla-cré nequáquam potest; si, aut is qui bona agit, adhuc luxúriæ inquinaménta non déserit, aut is qui castitáte præéminet, necdum se per bona ópera exérket. Nec cástitas ergo magna est si-ne bono ópere, nec opus bonum est aliquod sine castitáte. Sed, et si utrúm-que ágitur, restat, ut, quis-quis ille est, spe ad supér-nam pátriam tendat, et ne-quáquam se a vítiis pro mundi hujus honestáte contíneat.

R. Sint lumbi vestri præ-cínci, et lucérnæ ardéntes in máníbus vestris: \* Et vos símiles homínibus ex-spectántibus dóminum su-um, quando revertátur a núptiis, allelúja. V. Vigiláte ergo, quia nescítis qua hora Dóminus vester ven-turus sit. Et. Glória Patri. Et

Pro S. Anselmo:  
Lectio ix

**A**nsélmus, Augústæ Præ-tóriæ in finibus Italiæ, nobílibus et cathólicis pa-

réntibus natus, adoléscens, pátria et bonis ómnibus derelictis, in monastério Beccénsi órdinis sancti Benedicti emíssa regulári professióne, in littoris et virtutibus assequéndis mirum in modum profécit. Régi- bus, episcopis veneratióni fuit, et sancto Gregório séptimo étiam accéptus, qui tunc, persecutióibus agitátus, litteras amoris plenas ad eum dedit, se et Ecclésiam ejus oratióni- bus comméndans. Defúncto Lanfránco archiepíscopo Cantuariensi, ejus olim præceptóre, ad ejúsdem ecclésiae régimen vocátus, verbo et exémplo, scriptis et concíliis celebrátis, pristinam pietátem et ecclesiásticam disciplinam redúxit. Sed cum mox Willélmus rex vi et minis jura Ecclésiae usurpáre tentásset, ípseque invícte restitísset, bonorum direpti- nem et exsiliū passus. Romam ad Urbánūm secundum se cóntulit. A quo honorífice excéptus et summis láudibus ornátus, in Earénsi concilio Spíritum

Sanctum étiam a Fílio pro- cedéntem, contra Græcōrum errórem, innúmeris Scripturárum et sanctórum Patrum testimóniis propugnávit. Post mortem Willélmi, ab Henríco rege ejus fratre in Angliam re- vocátus, obdormívit in Dómino.

Te Deum laudámus.

**Ad Laudes**

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. (T. P. Allelúa.) R. Et ostén- dit illi regnum Dei. (T. P. Allelúa.)

Ad Bened. Ant. Euge, serve bone \* et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constitúam, intra in gáudium Dómini tui. (T. P. Allelúa.)

**Oratio**

**D**eus, qui misericórdiæ tuæ jánuam fidélibus patére voluísti: te súppli- ces exorámus; ut, interce- dénte beáto Conrádo Confessóre tuo, temporália subsídia nobis tríbuas et æterna. Per Dóminum.

**Commemoratio S. Anselmi:**  
Ant. Euge, serve bone et fidélis, quia in pauca fuísti

fidélis, supra multa te constíuam, dicit Dóminus.  
(T. P. Allelúja.)

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. (T. P. Allelúja.) R. Stolam glóriæ índuit eum. (T. P. Allelúja.)

Oratio

**D**eus, qui pópulo tuo ætérnæ salútis beátum Ansélmum minístrum tribuísti: præsta, quæsumus; ut, quem Doctórem vitæ habúimus in terris, intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum nostrum.

In II Vesperis

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. (T. P. Allelúja.) R. Et osténdit illi regnum Dei. (T. P. Allelúja.)

Ad Magnif. Ant. Hic vir despíciens mundum \* et terréna, triúmphans, divítias cælo cóndidit ore, manu. (T. P. Allelúja.)

Et fit Com. sequentis:

Ant. Lux perpétua lucébit Sanctis tuis, Dómine, et ætérnitas témporum, allelúja.

V. Sancti et justi, in Dómino gaudéte, alleluja. R. Vos elégit Deus in hereditátem sibi, alleluja.

Oratio

**G**regem tuum, Pastor ætérne, placátus inténde: et, per beátos Sotérem et Cajum Mártires tuos atque Summos Pontífices, perpétua protectióne custodi; quos totius Ecclésiæ præstitísti esse pastóres. (Per Dóminum nostrum.)

Deinde Com. S. Anselmi:

Ant. O Doctor óptime, Ecclésiæ sanctæ lumen, beáte Ansélme, divinæ legis amátor, deprecáre pro nobis Fílium Dei. (T. P. Allelúja.)

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. (T. P. Allelúja.) R. Stolam glóriæ índuit eum. (T. P. Allelúja.)

Oratio

**D**eus, qui pópulo tuo ut supra.

Die 23 Aprilis

In Festo S. Georgii fit  
**Commemoratio**

**S. Adalberti Ep. et Mart.**

In I Vesperis fit Com. prae-  
cedentis (Ss. Soteris et Caji  
Pp. et Mm.):

Ant. Sancti et justi, in  
Dómino gaudéte, allelúja:  
vos elégit Deus in heredi-  
tatem sibi, allelúja.

V. Pretiosa in conspéctu  
Dómini, allelúja. R. Mors  
Sanctórum ejus, allelúja.

Oratio

G regem tuum, Pastor æ-  
térne, placátus inténde:  
et, per beátos Sotérem et  
Cajum Mártires tuos at-  
que Summos Pontífices,  
perpétua protectióne cu-  
stodi; quos totius Ecclé-  
siæ præstítisti esse pa-  
stóres.

Deinde fit Com. S. Adalberti  
Ep. et Mart.:

Ant. Fíliæ Jerúsalem,  
veníte et vidéte Mártires  
cum corónis, quibus co-  
ronávit eos Dóminus in  
die solemnitatis et læti-  
tiæ, allelúja, allelúja.

V. Lux perpétua lucébit  
Sanctis tuis, Dómine, al-  
lelúja. R. Et ætérnitas  
témporum, allelúja.

Oratio

T uam nobis, Deus, in-  
dulgéntiam sanctus  
Adalbértus Episcopus et  
Martyr implóret, ut et  
delicta nobis cleménter  
ignóscas, et beneficia de-  
siderata concédas. Per  
Dóminum nostrum.

Pro S. Adalberto Ep. et Mart.:

Lectio ix

A dalbértus, illústris pro-  
sápiæ Bohémus, totí-  
us cleri populique accla-  
matiōne et voto, Pragén-  
sis Episcopus constitutus,  
curam impósiti múnneris  
gnáviter expedivit. Ecclé-  
siæ provéntus ita partitus  
est, ut una pars clero cé-  
deret, áltera paupéribus,  
tértia captívis; résidua  
suis ad necessários usus  
deservíret. Tandem Ro-  
mam profectus, in Cassi-  
nénsi monastério religiós-  
sam vitam diu proféssus,  
una cum Gaudéntio fra-  
tre, ejúsdem instituti mó-  
nacho, in Pannóniam, Pon-  
tíficis jussu, ábit, ad dis-  
seminandam Christi le-  
gem. Ubi in Giéssam Re-  
gem ícidit, divino jam

ántea miráculo de ejus advéntu admónitum. Itaque cum honóre suscéptus, totam eam gentem, ántea feram et immánem, Christi cultu ímbuit. Mox ad Sármatas digréssus, Russis, Lithuánis, Ruthénis, sed præcipue Polónis eorúmque regi Bolesláo Evangélium promulgávit. Dénique in Prússia, cum ab ímpiis ad stípitem alligátus, septémque confíxus lánceis, palpitáret, egísse Deo grátias díctur, quod se martýrii tam diu optáti cómpotem fecisset. Te Deum.

Ad Laudes fit Com. S. Adalberti Ep. et Mart.:

Ant. Lux perpétua lucébit Sanctis tuis, Dómine, et ætérnitas téporum, allelúja.

V. Sancti et justi, in Dómino gaudéte, allelúja.

R. Vos elégít Deus in hereditátem sibi, allelúja.

Oratio Tuam nobis, ut supra. 14\*

Vesperae de sequenti (S. Fidelis a Sigmarin ga Mart.), Com. praecedentis, ut in Breviario.

Die 27 Aprilis

**S. Petri Canisii, Conf. et Eccl. Doct.**

Duplex II cl. (m. t. v.)

Omnia de Com. Conf. non Pont. praeter ea, quae in Breviario hac die habentur propria.

In I Nocturno Lectiones Sapiéntiam de Communi Doctorum.

Die 4 Maji

In Festo S. Monicæ ad Laudes fit

**Commemoratio**

**S. Gothardi Ep. et Conf.**

Ant. Euge, serve bone et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constitúam, dicit Dóminus, allelúja.

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, allelúja. R. Et osténdit illi regnum Dei, allelúja.

**Oratio**

**E**xáudi, Dómine, preces nostras, quas in beáti Gothárdi Confessóris tui atque Pontíficis solemnité deférimus: et, qui tibi digne méritus famulári, ejus intercedéntibus mé-

ritis, ab ómnibus nos absolve peccátis. Per Dóminum nostrum.

### Die 6 Maji

**S. Joannis Apostoli  
ante Portam Latinam**  
Patroni æque principalis diœcesis

Duplex I classis cum Octava comm.

Omnia ut in Breviario Romano praeter ritum.

**Commemoratio Octavæ  
S. Joannis Ap. et Ev. ante  
Portam Latinam**

### In I Vesperis

Ant. In fervéntis ólei dólium missus beátus Joánnes Apóstolus, divína se protegénte grátia illæsus exívit, allelúja.

V. Sancti et justi, in Dóminus gaudéte, allelúja. R. Vos elégit Deus in hereditatém sibi, allelúja.

### Oratio

**D**eus, qui cónspicis, quia nos úndique mala nostra pertúrbant: præsta, quæsumus; ut beáti Joánnis Apóstoli tui et Evangelistæ intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

### Ad Laudes

Ant. Filiæ Jerúsalem, veníte et vidéte Mártyres cum corónis, quibus coronávit eos Dóminus in die solemnitatis et lætitiæ, allelúja, allelúja.

V. Pretiósia in conspéctu Dómini, allelúja.

R. Mors Sanctórum ejus, allelúja.

### In II Vesperis

Ant. In fervéntis ut supra.

V. Pretiósia ut supra.

### Die 7 Maji

**S. Stanislai  
Episcopi et Martyris**

Duplex

Ad Laudes fit Commemoratio Octavæ (e I Vesp.)

Ant. In fervéntis ut supra.

V. Sancti et justi ut supra.

### Die 8 Maji

#### In Apparitione

**S. Michaelis Archang.**

Duplex majus  
In I Vesp. post Com. præc.  
fit. Com. Octavæ:

Ant. In fervéntis.

V. Sancti et justi ut supra.

Ad Laudes Com. Octavae:

Ant. Filiæ Jerúsalem.

V. Pretiosa ut supra.

In II Vesp. post Com. sequit Com. Octavae:

Ant. In ferventis.

V. Pretiosa ut supra.

### Die 9 Maii

**S. Gregorii Nazianzeni**

Ep., Conf. et Ecc. Doct.

Duplex

Ad Laudes fit Com. Octavae:

Ant. Filiæ Jerúsalem.

V. Pretiosa ut supra.

### Die 10 Maii

**S. Antonini**

Episcopi et Confessoris

Duplex

In I Vesp. post Com. praeceps fit Com. Octavae:

Ant. In ferventis.

V. Pretiosa ut supra.

Deinde Com. Ss. Gordiani et Epimachi Mm.:

Ant. Lux perpétua lucébit Sanctis tuis, Dómine, et æternitas temporum, alleluja.

V. Sancti ut supra.

Oratio ut in Breviario.

Ad Laudes fit Com. Octavae:

Ant. Filiæ Jerúsalem.

V. Pretiosa ut supra.

Deinde Com. Ss. Gordiani et Epimachi:

Ant. Lux perpétua

V. Sancti et justi e I Vesp. Oratio ut in Breviario.

### Die 11 Maii

(d. a. ex 1 hujus)

**S. Walburgæ Virginis**

Duplex

Oratio

**E**xaudi nos, Deus, salutáris noster: ut, sicut de beatæ Walbürgæ Vírginis tuæ festivitaté gaudemus; ita piæ devotíonis erudiámur afféctu. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commemoratio præcedentis (S. Antonini Episcopi et Confessoris):

Ant. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam gloriæ induit eum, et ad portas paradísi coronávit eum, alleluja.

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, alleluja. R. Et osténdit illi regnum Dei, alleluja.

Oratio

**S**ancti Antoníni, Dómine, Confessóris tui atque Pontificis méritis adjuvémur: ut, sicut te in

illo mirábilem prædicámus, ita in nos misericórdem fuísse gloriémur. Per Dóminum nostrum.

**Deinde** Com. Octavae:

Ant. In fervéntis.

V. Pretiósá ut supra.

### In II Nocturno

#### Lectio iv

Ex ejus vita apud Henr. Canisium, tom. iv lect. antiqu.

**W**albúrga, sancti Ríchárdi Anglórum regis filia, sanctórum Willibáldi, et Wunibáldi soror, virginitátem suam ab ipsis prope incunábulis Christo sponso dicávit, ómnibus hujus mundi illécebris fórtiter contémptis. Quæ cum sanctitátem suam in pátria ómnibus mirum in modum probáasset, a sancto Bonifátio non sine fratrum assénsu ex Anglia in Germániam cum plúrimis áliis Deo devótis féminis evocáta est, ut disciplínam religiósam apud sanctimoniales partim plantáret, partim conserváret ac amplificáret: quod ipsa stréne præstítit, se ipsam éxhibens exéplum in

conversatióne, in caritáte, in castitáte.

R. Propter veritátem, et mansuetúdinem, et justítiā: \* Et dedúcet te mirabíliter déxtera tua, allelúja. V. Spécie tua et pulchritúdine tua inténde, pròspere procéde, et regna. Et.

#### Lectio v

**E**x Thuríngia Heiden-heímum a Willibáldo fratre accersíta venit, ut recens cónditio vírginum monastério præésset. Præfuit, et quidem ádeo feliciter, ut mórtuo sancto Wunibálculo, ipsi étiam cœnóbium virórum committerétur. Quo in múnere, dum summa integritatis, prudéntiae et sanctimóniæ laude, non sine éditis miráculis versaréatur, ad gáudia cælestia, quorum desidério vehémente inflammáta erat, migrávit, anno salútis septingentésimo septuagésimo nono, sepúlta Heiden-heímii, Willibálculo Epíscopo sanctæ Vírgini et soróri justa persolvénte.

R. Dilexísti justítiam, et odísti iniquitátem: \* Prop térea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætitiae, allelúja. V. Propter veritátem, et mansuetudinem, et justítiā. Proptérea.

## Lectio vi

**H**eidenheimi sancta Virgo domicílium et se púlchrum hábuit usque ad Otkárium sextum Episcopum Eystetténsem, cuius auctoritatē clérique approbatióne, castíssimae Vírginis reliquiæ Eystádium solémni pompa, et ómnium Ordinum accúrsu translátæ sunt ad locum, qui nunc a sancta Walbúrga nomen habet; sic tamen, ut pars sacrárum reliquiárum monastério Monheiménsi céderet, rogátu Líobæ Abbatissæ. Utrobíque plúrima mirácula mox edi cœpta. Eystadium id peculiare habet, quod ex benedictis Walbúrgæ ibidem recónditis óssibus limpidíssimum varijsque infirmitáibus salutíferum óleum manat.

R. Afferéntur Regi vírgines post eam, próximæ ejus \* Afferéntur tibi in lætitia et exsultatióne, allelúja. V. Spécie tua et pulchritúdine tua inténde, próspera procéde, et regna. Afferéntur tibi. Glória Patri. Afferéntur tibi.

In III Nocturno Homilia in Evangel. Simile erit regnum caelorum, de Communi Virginum 1 loco.

Ad Laudes fit Com. Octavae:

Ant. Filiæ Jerúsalem.

V. Pretiosa ut supra.

In Vesperis Com. sequentis (Ss. Nerei et Sociorum Mm.):

Ant. Lux perpétua lucébit Sanctis tuis, Dómine, et æternitas téporum, allelúja.

V. Sancti et justi, in Dómino gaudéte, allelúja. R. Vos élégit Deus in hereditátem sibi, allelúja.

## Oratio

**S**emper nos, Dómine, Mártirum tuórum Nérei, Achillei, Domitillæ atque Pancratii fóveat, quæsumus, beáta solémnitas: et tuo dignos redat obséquio. (Per Dóminum nostrum.)

Deinde Com. Octavae:  
Ant. In fervéntis.  
V. Pretiosa ut supra.

Die 12 Maii  
Ss. Nerei,  
**Achillei et Domitillæ**  
**Virg. atque Pancratii**  
Martyrum  
Semiduplex  
Ad Laudes fit Com. Octavae:  
Ant. In fervéntis.  
V. Sancti et justi ut supra.

Die 13 Maii  
**In Octava S. Joannis**  
**Ap. et Ev. ante Portam**  
**Latinam**  
Duplex majus

Antiphonae et Psalmi ad omnes Horas et Versus Nocturnorum de occurrenti hebdomadae die, ut in Psalterio; reliqua de Communi Apostolorum Tempore Paschali praeter ea, quae hic habentur propria.

### In I Vesperis

V. Sancti et justi, in Dómino gaudéte, allelúja.

R. Vos élégít Deus in hereditátem sibi, allelúja.

Ad Magn. Ant. In fervéntis ólei dólium missus beátus Joánnes Apóstolus, divína se protegénte grácia, illæsus exívit, allelúja.

### Oratio

**D**eus, qui cónspicis, quia nos úndique mala nostra pertúrbant: præsta, quæsumus; ut beáti Joánnis Apóstoli tui et Evangelistæ intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

Deinde post com. praec. (Ss. Nerei et Soc. Mm.) fit Com. S. Roberti Bellarmino Ep. Conf. et Eccl. Doct. ut in Breviario.

### Ad Matutinum

In I Nocturno Lectiones de Scriptura occurrenti, cum suis Responsoriis de Tempore.

In II Nocturno Lectiones Fundaménta ejus e Communi Apostolorum secundo loco cum suis Responsoriis.

### In III Nocturno

Léctio sancti Evangélii secúndum Mattháeum

Lectio vii

Cap. 20

**I**n illo témpore: Accéssit I ad Jesum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adórans et petens áliquid ab eo. Et réliqua.

Homilía sancti Joánnis Chrysóstomi.

Homil. 66 in Matth.

Non turbétur quisquam, si ádeo imperfécitos dícimus Apóstolos fuísse: non dum enim mystérium cru-

cis erat consummatum,  
nondum gratia Spiritus in  
corda ipsorum infusa. Quod  
si virtutem ipsorum discere  
cupis, quales post datam  
gratiam Spiritus fuerint,  
considera, et vidabis om-  
nem ab illis perversam af-  
fectionem fuisse supera-  
tam. Hac enim de causa  
eorum modo imperfektio  
revelatur, ut aperte percí-  
pere possis, quales subito  
per gratiam effecti fuérunt.  
Quod igitur nihil spiritale  
petabant, nec de cœlesti  
regno quidquam cogitá-  
bant, perspicuum est. Sed  
tamen inspiciamus etiam  
quomodo accéderant et quid  
dicant. Volumus, inquiunt,  
ut quocumque petierimus,  
fáciás nobis. Ad quod Christus:  
Quid vultis? respondit:  
non ignorans certe,  
sed ut eos respondere co-  
gat, et ulcus détegat, et ita  
medicamentum appónat.

R. vii. Ego sum vitis  
vera, et vos pálmites: Qui  
manet in me, et ego in eo, hic fert fructum  
multum, alleluja, alleluja.

V. Sicut diléxit me Pa-  
ter, et ego diléxi vos. Qui.

Lectio viii

Illi, vero cum erubésce-  
rent, et verecundia prohi-  
beréntur, quóniam humáno  
afféctu eo devénerant, se-  
órsum ab áliis discípulis  
Christum accipiéntes, in-  
terrogavérunt. Progréssi  
sunt enim, inquit, ne illis  
manifésti fierent: et ita  
demum ea, quæ volébant,  
dixérunt. Volébant autem,  
ut ego conjício, quóniam  
super duodecim sedes ses-  
súros discípulos audiérunt,  
primátum hujus conséssus  
impetrare: et præponi qui-  
dem se céteris sciébant;  
Petrum vero sibi præférri  
formidántes, dícere ausi  
sunt: Dic ut unus a dex-  
tris, alter a sinistris sedeat.  
Et urgent dicentes: Dic.  
Quid igitur ipse? Ut signi-  
ficáret eos nihil pétere spi-  
ritale, sed nec scire qui-  
dem quid póstulent; non  
enim pétere audérent, si  
scirent: Nescítis, ait, quid  
petatis: nescítis quam ma-

gnum hoc sit, quam mirabile, ac ipsas superiores excédens virtutes.

R. viii. Cándidi facti sunt Nazaréi ejus, allelúja: splendórem Deo dedérunt, allelúja: \* Et sicut lac coaguláti sunt, allelúja, allelúja. V. Candídiores nive, nitidióres lacte, rubicundióres ébore antiquo, sapphíro pulchrióres. Et Glória Patri. Et.

IX Lectio de S. Roberto Bellarmino Ep. C. Doct. ut in Breviario.

Ad Laudes fit Com. S. Roberto Bellarmino e Breviario.

In II Vesperis post Com. sequ. (S. Bonifatii M.) fit Com. S. Roberto Bellarmino e Breviario.

Die 16 Maii  
S. Joannis Nepomuceni  
Martyris

Duplex majus

In I Vesperis

Ant. 1 Interrogábat eum rex multis sermónibus: at ipse nihil illi respondébat, allelúja.

Psalmi ut in I Vesperis de Communi Apostolorum.

2 Rex dixit: Ne abscóndas a me verbum, quod te intérrogo. Dixi: Secré-

tum meum mihi, secrétum meum mihi, allelúja.

3 Affirmábat rex se dívitum et beátum factúrum. Non obédio præcépto regis, sed præcépto legis, quæ data est nobis, allelúja.

4 Tunc rex, accénsus ira, in hunc super omnes crudélius desæviit, allelúja.

5 Beátus qui lingua sua non est lapsus, et qui non servívit indignis se, allelúja.

Capit. Eccli. 21, 28-29

**L**ábia imprudéntium stulta narrábunt, verba autem prudéntium statéra ponderabúntur. In ore fatuórum cor illórum, et in corde sapiéntium os illórum.

Hymnus

**I**nvictus heros Núminis,  
**M**ergéndus unda flúminis,

Stat fortis in siléntio,  
Dum fit sigilli méntio.  
Hinc rex minátur fúnera,  
Hinc tortor infert vúlnera,  
Manus ligántur fúnibus,  
Artus cremántur ígnibus.

Sed hæc Joánnes déspicit,

Nec regis iram réspicit,  
Secréta non vult pándere,  
Horret sigillum frángere.  
Stat mutus agnus ínnocens,

Nil de tegéndis próferens:  
Stat; dumque rex nil élicit,

E ponte justum déjicit.  
præceps ab alto stérnitur,

Undis profúndis mérgitur;

Mersum sed applaudéntibus

Undæ salútant ignibus.

Stellæ natant in flúmine,  
Illi paréntant lúmine,  
Docétque cæli cláritas  
Quæ sit Joánnis cáritas.

Da, sempitérna Trínitas,  
Ut in bono sit firmitas:  
Aut lacrimárum flúmina  
Mergant cadéntum crímina.  
na. Amen.

V. Sacraméntum regis  
abscóndere bonum est,  
allelúja. R. Opera autem  
Dei reveláre honoríficum,  
allelúja.

Ad Magnif. Ant. Dedit  
mihi Dóminus linguam

mercédem meam: et in ipsa  
laudábo eum, allelúja.

### Oratio

D eus, qui ob invíctum  
beáti Joánnis sacra-  
mentale siléntium nova  
Ecclésiam tuam martýrii  
coróna decorásti: da no-  
bis ejus intercessióne et  
exémplo, linguam caute-  
custodíre; ac ómnia pótius  
mala, quam ánimæ  
detriméntum, in hoc sæ-  
culo toleráre. Per Dómi-  
num nostrum.

Et fit Com. praecedentis (S.  
Joannis Baptistae de la Salle  
Conf. duplex):

Ant. Hic vir despíciens  
mundum et terréna, tri-  
úmphans, divítias cælo  
cóndidit ore, manu, alle-  
lúja.

V. Justum dedúxit Dó-  
minus per vias rectas, al-  
lelúja. R. Et osténdit illi  
regnum Dei, allelúja.

### Oratio

D eus, qui ad christiá-  
nam páuperum erudi-  
tiónem, et ad juvéntam in  
via veritátis firmándam,  
sanctum Joánnem Baptí-  
stam Confessórem exci-

tásti, et novam per eum in Ecclésia familiam collégisti: concéde propítius; ut ejus intercessióne et exémplo, stúdio glóriæ tuæ in animárum salúte fervéntes, ejus in cælis corónæ partícipes fieri valéamus.

Deinde Com. S. Ubaldi Ep. et Conf. (semiduplex):

Ant. Sacérdos et Póntifex, et virtútum ópifex, pastor bone in pópulo, ora pro nobis Dóminum, allelúja.

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum, allelúja. R. Stolam glóriæ induit eum, allelúja.

#### Oratio

**A**uxílium tuum nobis, Dómine, quæsumus, placátus impénde: et intercessióne beáti Ubálidi Confessóris tui atque Pontificis contra omnes diáboli nequítias déxteram super nos tuæ propitiatiónis exténde. Per Dóminum nostrum.

Completorium de Feria.

#### Ad Matutinum

Invit. Exsultent in Dómino Sancti, \* Allelúja.

Ps. 94 Veníte, exsultémus.

#### Hymnus

**I**n profunda noctis umbra  
Et gravi calígine  
Lustrat ædem flamma munda,  
Sic jubénte Númine.

Nocte náscitur Joánnes,  
Astra cælo dévolant:  
Nocte mérgitur Joánnes,  
Astra funus ápparant.

Hinc cor ejus igne flágrans  
Fortis urit cáritas:  
Hinc ab ejus ore manans  
Mira prodit suávitás,  
Nunc amóre cor bonórum

Ad salútem pértrahit:  
Nunc timóre cor malórum  
A gehénna rétrahit.

Páuperes solátur ære,  
Derelíctis súbvenit:  
Non sinit justos jacére:  
Damna famæ præpedit.

Per Joánnis sanctitátem,  
O beáta Trínitás,  
Méntibus da puritátem,  
Corde regnet cáritas.

Amen.

**In I Nocturno**

**Ant.** Erit lumen Israel  
in igne; et Sanctus ejus in  
flamma, allelúja.

Psalmi trium Nocturnorum  
de Communi unius Martyris.

**V.** Sacraméntum regis  
abscóndere bonum est,  
allelúja. **R.** Opera autem  
Dei reveláre honoríficum,  
allelúja.

De libro Ecclesiástici  
**Lectio i** Cap. 21, 26-31

**S**tultus a fenéstra respí-  
ciet in domum: vir au-  
tem eruditus foris stabit.  
Stultitia hóminis auscul-  
táre per óstium: et prudens  
gravábitur contumélia.  
Lábia imprudéntium stul-  
ta narrábunt: verba au-  
tem prudéntium statéra  
ponderabúntur. In ore fa-  
tuórum cor illórum: et in  
corde sapiéntium os illó-  
rum. Dum maledícit ím-  
pius diábolum, maledícit  
ipse ániam suam. Su-  
súrro coinquinábit án-  
iam suam, et in ómnibus  
odiétur: et qui cum eo  
mánserit, odiósus erit: tá-  
citus et sensátus honorá-  
bitur.

**R.** Metuébat rex Joán-  
nem, \* Sciens eum virum  
justum et sanctum, al-  
lelúja. **V.** Et custodiébat  
eum, et audítio eo multa  
faciébat, et libénter eum  
audiébat. Sciens

**Lectio ii** Cap. 28, 21-25

**F**lagélli plaga livórem  
facit: plaga autem lin-  
guæ commínuet ossa. Mul-  
ti cecidérunt in ore glá-  
dii, sed non sic quasi qui  
interiérunt per linguam  
suam. Beátus qui tectus  
est a lingua nequam, qui  
in iracúndiam illíus non  
transívit, et qui non attrá-  
xit jugum illíus, et in víncu-  
culis ejus non est ligáitus:  
jugum enim illíus, jugum  
férreum est: et vínculum  
illíus, vínculum æreum est.  
Mors illíus, mors nequís-  
sima: et útilis pótius in-  
férnus quam illa.

**R.** Lex veritatis fuit in  
ore ejus, et iniquitas non  
est invénta in lábiis ejus;  
in pace et in æquitáte am-  
bulávit mecum: \* Et mul-  
tos avértit ab iniquitáte,  
allelúja. **V.** Lábia enim

sacerdótis custódient sci-  
éntiam, et legem requí-  
rent ex ore ejus. Et.

Lectio iii Cap. 28, 26-30

**P**erseverántia illíus non  
permanébit, sed obti-  
nébit vias injustórum: et  
in flamma sua non com-  
búret justos. Qui relín-  
quunt Deum, íincident in  
illam, et exardébit in illis,  
et non extingúetur, et  
immitétur in illos quasi  
leo, et quasi pardus lædet  
illos. Sepi aures tuas spi-  
nis, linguam nequam noli  
audíre, et ori tuo fácito  
óstia, et seras. Aurum  
tuum et argéntum tuum  
confla, et verbis tuis fáci-  
to statéram, et frenos ori  
tuo rectos: et atténde ne  
forte labáris in lingua, et  
cadas in conspéctu inimi-  
córūm insidiántium tibi,  
et sit casus tuus insaná-  
bilis in mortem.

R. Sepívi aures meas  
spinis, \* Et ori meo feci  
óstia et seras, allelúja.  
v. Beátus qui lingua sua  
non est lapsus, et qui non  
servívit indígnis se. Et.  
Clória Patri. Et.

### In II Nociurno

Ant. Non quæsívít a Dó-  
mino ducátum, neque a  
rege cáthedram honóris,  
allelúja.

V. Pone, Dómine, cu-  
stódiam ori meo, allelúja.  
R. Et óstium circumstán-  
tiæ lábiis meis, allelúja.

### Lectio iv

**J**oánnes Nepomúci Bo-  
hémiæ óppido, unde  
Nepomucéni cognómen du-  
xit, a paréntibus ætátē  
provéctis, non sine futúræ  
sanctitatis præságio, flam-  
mis supra nascéntis do-  
mum mirabíliter collucén-  
tibus, ortus est. Cum in-  
fans in gravem morbum  
incidísset, beátæ Vírginis  
ope, cui natum paréntes  
referébant accéptum, e vi-  
tæ perículo evásit incólù-  
mis. Egrégia índole, piá-  
que institutióne cælestí-  
bus indíciis obsequénte,  
inter sanctas religiosás-  
que exercitatíones puerí-  
tiam egit; nam ecclésiam  
frequénter adíre, ac sa-  
cerdótibus ad aras ope-  
rántibus ministráre in de-

líciis habébat. Zatécii politióribus lítteris ad humániátem informátus, Pragæ vero gravióribus disciplínis excúltus, philosóphiæ, theológiæ sacrórúmque cánonum magistérium et láuream emeruit. Sacerdótio initiátus, atque a sciéntia Sanctórum ad lucra animárum rite comparátus, ministério verbi Dei se pénitus ad-díxit. Cum ígitur in vítiis extirpándis, et revocándis in viam salútis errántibus, eloquéntia et pie-táte úberes éderet fructus, inter canónicos metropolitánæ ecclésiæ Prágensis cooptátus, mox si-bi demandátam Evangélii coram rege Wencesláo quarto prædicándi provín-ciam suscépit, eo succés-su, ut Joánnis suásu multa rex fáceret, magnóque in honóre ejus virtútes habéret. Conspícuas ta-men, quas ille óbtulit dignítátes, Dei servus, ne a divíni verbi præcónio avo-carétur, constantíssime recusávit.

R. Instans oratióni et ministério verbi, hortabá-tur omnes in propó-sito cordis permanére in Dómino: \* Quia erat vir bo-nus, et plenus Spíritu Sancto, allelúja. V. Et ap-ponebátur multa turba Dómino. Quia.

## Lectio v

**R**égiis illum eleemósy-nis in páuperes ero-gándis præfécum, Joánná regína consciéntiæ sibi moderatórem ascívit. Cum autem Wencesláus ab of-fício institutóque deces-síset, atque in víta præ-ceps abriperétur, piæ au-tem cónjugis obtestatiónes et mórita graváte fer-ret, conténdere ausus est, ut in sacramentáli judício sacerdóti crérita regínæ arcána sibi a Joánné pan-deréntur. At Dei miníster blandítiis primum, tor-méntis deínde et cárceris squalóre tentátus, nefá-riæ regis cupiditáti fórti-ter óbstitit. Furéntem ta-men Wenceslái ánimum cum ab exsecrándo pro-pósito nec humána nec di-

vína jura deterrérent, suprémum agónem, quem instáre sibi athléta Christi nóverat, pôpulo in contiōne de impendéntibus étiam regni calamitáibus admónito, non obscúre p̄nunciávit. Mox Bolesláviam proféctus, ad beatæ Vírginis imáginem antíquo cultu célebrem, cæléste præsídium ad certándum bonum certámen effúsis précibus implorávit. Inde vespere reverténtem in pervigílio Domínicæ Ascensiōnis rex e fenéstra conspicátus arcéssit; cumque veheméntius urgéret, et próximam in aquis, si oblectári pérgeret, submersiónem intentáret, Joánnes invicta constántia terróres minásque refutávit. Itaque regis império in Moldávam flumen Pragam intérfluens noctu dejéctus, illústrem martyrii corónam est consecútus.

R. Dispérsit, dedit pauperibus: \* Justitia ejus manet in sæculum sæculi, allelúja. V. Beatus, qui

intélligit super egénum et páuperem. Justitia.

### Lectio vi

**S**acrilegum fácinus clam patrátum, et Mártiris glóriam insígne prodígium divínitus patefécit. Ubi enim exánime corpus secúndo flúmine vehi cœpit, ardéntes faces aquis supernatántes et discurrentes apparuérunt. Quam ob rem ex aréna postrídie mane corpus elátum, canónici deínde, regis iram nihil timéntes, in metropolitánam ecclésiam solémni pompa intulérunt, et sepultúræ mandárunt. Cum autem in dies invicti sacerdótis memória miráculis, et máxima fidélium, eórum præcipue qui fama periclitántur, veneratiōne créseret, post annos demum amplius trecéntos, in jurídica recognitiōne corporis, quod sub humotárdiu jacuérat, lingua ejus incorrúpta et vívida repérta est: quæ sexto post anno judícibus a Se de apostólica delegátis exhibita, novo prodígio re-

pénte intúmuit, et sub-  
obscúrum rubórem in pur-  
púreum commutávit. His  
ítaque aliásque signis ri-  
te probátis, Benedíctus  
décimus tértius Póntifex  
Máximus die décima no-  
na mensis Mártili, anno sa-  
lútis millésimo septingen-  
tésimo vigésimo nono, pri-  
mum hunc sacramentalis  
sigílli assertórem, arcáni  
fidem sanguine obsignán-  
tem, sanctórum Mártyrum  
catálogo adscrípsit.

R. Ego scio, quóniam  
intrábunt post discessió-  
nem meam lupi rapáces  
in vos, non parcéntes gree-  
gi: \* Propter quod vigi-  
láte, allelúja. V. Et ex  
vobis ipsis exsúrgent vi-  
ri loquéntes pervaésa, ut  
abdúcant discípulos post  
se. Propter. Glória Patri.  
Propter.

### In III Nocturno

Ant. Igne me examiná-  
sti, et non est invénta in  
me iniquitas, allelúja.

V. Dixi: Custódiam vias  
meas, allelúja. R. Ut non  
delínquam in lingua mea,  
allelúja.

Léctio sancti Evangélii  
secúndum Matthæum

Lectio vii Cap. 11, 2-10

**I**n illo tempore: Cum au-  
diisset Joánnes in vín-  
culis ópera Christi, mit-  
tens duos de discípulis  
suis, ait illi: Tu es qui  
ventúrus es, an álium ex-  
spectámus? Et réliqua.

Homilia sancti Gregórii

Papæ

In Evang. Homilia 8

**D**imíssis Joánnis discí-  
pulis, quid de eódem  
Joánnē turbis dicat, audi-  
ámus. Quid exístis in de-  
sértum vidére? arúndinem  
vento agitátam? Quod vi-  
déliset non asseréndo, sed  
negándo íntulit. Arúndi-  
nem quippe mox ut aura  
contígerit, in partem álte-  
ram infléctit. Et quid per  
arúndinem nisi carnális  
ánimus designátur? Qui  
mox ut favóre vel detrac-  
tíone tángitur, statim in  
partem quámlibet incliná-  
tur. Si enim ab humáno  
ore aura favórís fláverit,  
hilaréscit et extóllitur: sed  
si inde ventus detractiúnis  
erúperit, unde aura laudis

veniébat, mox hunc quasi in partem áleram ad vim furoris inclinat.

R. Cum corriperétur ab illo de ómnibus malis quæ fecit rex, adjécit et hoc:  
\* Et inclúsit Joánnem in cárcere, allelúa. V. La-bóro usque ad víncula, quasi male óperans: sed verbum Dei non est alligátum. Et.

### Lectio viii

**S**ed arúndo agitáta ven-to Joánnes non erat: quia hunc nec blandum grátia, nec cujúslibet de-tractiónis ira ásperum faciébat: nec próspera hunc erígere, nec advérsa nó-verant inclináre. Arúndo ergo vento agitáta non erat, quam ab status sui rectitúdine nulla rerum varíetas inflectébat. Di-scámus ergo, fratres ca-ríssimi, arúndinem vento agitátam non esse: soli-démus ánimum inter au-ras linguárum pósitum: stet inflexibilis status men-tis. Nulla nos detráctio ad iram próvocet, atque

ad remissiónem inútilis grátiæ nullus favor inclí-nat. Non nos próspera éllevant, non advérsa per-turbent: ut qui in solidi-táte fídei fígimur, nequá-quam rerum transeúntium mobilitáte moveámur.

R. Réddidit Deus justæ mercédem labórum suó-rum, et dedúxit illum in via mirábili: \* Et fuit illi in velaménto diéi, et in lu-ce stellárum per noctem, allelúa. V. Transvéxit il-lum per aquam nímiam; inimícos autem illíus de-mérsit. E t. Glória Patri. Et.

In Feria II Rogationum et in Vigilia Ascensionis IX Lec-tio de Homilia Feriae, alias pro S. Ubaldo:

### Lectio ix

**U**báldus, Eugúbii in Um-bria nóbili génere na-tus, a primis annis pietáte et lítteris egrégie est in-stitútus; jamque adolé-scens, ut uxórem dúceret sáepè tentátus, numquam tamen a propósito serván-dæ virginitátis recéssit. Sacérdos efféctus, patri-mónium suum paupéribus

et ecclésiis distríbuit. Canonícorum regulárium órdinis sancti Augustíni institútum suscípiens, illud in pátriam tránstulit. Ab Honório secúndo summo Pontífice ecclésiæ Eugubinæ invítus præfícitur, et episcopális consecratiónis múnere decorátur. Factus forma gregis ex ánimo, de consuéta vivéndi ratióne nihil ámodum immutávit, et in omni virtútum génere enítuit. Diútius infirmitátibus afflíctus, Deo indesinénter grátias agébat. Cum multis annis ecclésiam sibi commíssam summa cum saude gubernáset, sanctis opéribus et miraculis clarus, quiévit in pace.

Te Deum laudámus.

Si vero IX Lectio alicujus Officii commemorati dicenda non sit, erit sequens:

### Lectio ix

**A**dhuc autem de ejus expressióne subjúngitur: Sed quid exístis vi-dére in desérto? Hóminem móllibus vestítum? Ecce qui móllibus vesti-

úntur, in dómibus regum sunt. Camelórum enim pilis, ut scitis, vestitus Joánnes fuísse describitur. Et quid est dícere: Ecce qui móllibus vestiúntur, in dómibus regum sunt: nisi apérta senténtia demonstráre, quia non cælesti sed terréno regi mílitant ii, qui pro Deo pérpeti áspera fúgiunt, et solis exterióribus déditi, præséntis vitæ mollítiem et delectatióнем quærunt.

Te Deum laudámus.

### Ad Laudes

Ant. 1 Interrogábát eum \* rex multis sermóníbus: at ipse nihil illi respondébat, allelúja.

Psalmi de Dominica 1 loco.

2 Rex dixit: \* Ne abscondás a me verbum, quod te intérrogo. Dixi: Secré-tum meum mihi, secrétum meum mihi, allelúja.

3 Affirmábat rex \* se dívitem et beátum factú-rum. Non obédio præcépto regis, sed præcépto legis, quæ data est nobis, allelúja.

**4** Tunc rex, accénsus ira,  
\* in hunc super omnes  
crudélius desæviit, alle-  
lúja.

**5** Beátus \* qui, lingua  
sua non est lapsus, et qui  
non servívit indígnis se,  
allelúja.

Capit. Eccli. 21, 28-29

**L**ábia imprudéntium stul-  
ta narrábunt, verba  
autem prudéntium statéra  
ponderabúntur. In ore fa-  
tuórum cor illórum, et in  
corde sapiéntium os illó-  
rum.

#### Hymnus

**V**ix in sepúlchro cóndi-  
tur,  
Signis Joánnes próditur,  
Per crátium repágula  
Intérmicant mirácula.

Hic ejus hostes illico  
Pudóre mæsti público,  
Ultrice dextra Núminis,  
Poenas repéndunt críminis.

Hic damna rerum fléti-  
bus

Famæve conqueréntibus,  
Abdúcta res revértitur,  
Abláta fama rédditur.

Hic corpus ægrítudines,  
Tempus vicissítudines,

Perículum secúritas,  
Mortem fugit mortálitas.  
Hic viva lingua Márti-  
ris,

Sed muta voce sánguini-  
Clamans, ut Abel, ímpro-  
bat,

Regique crimen éxprobra-  
Unius, o, da, Trínitas,  
Triúmque simplex Unitas  
Ut, qui Joánni súpplicar-  
Id ímpetrent, quod flági-  
tant. Amen.

V. Pósui ori meo custó-  
diam, allelúja. R. Cum  
consísteret peccátor ad  
vérsus me, allelúja.

Ad Bened. Ant. Qui-  
cúmque glorificáverit me  
glorificábo eum: qui au-  
tem contémnunt me, eruñ  
ignóbiles, allelúja.

#### Oratio

**D**eus, qui ob invictum  
beáti Joánnis sacra-  
mentale siléntium nova  
Ecclésiam tuam martýrii  
coróna decorásti: da no-  
bis ejus intercessióne et  
exémplo, linguam caute-  
custodíre; ac ómnia pótius  
mala, quam ánima-

detriméntum, in hoc sæculo toleráre. Per Dóminum nostrum.

Et fit Com. S. Ubaldi:

Ant. Euge, serve bone et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constitúam, dicit Dóminus, allelúa.

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, allelúa. R. Et osténdit illi regnum Dei, allelúa.

#### Oratio

**A**uxílium tuum nobis, Dómine, quæsumus, plácatus impénde: et intercessióne beáti Ubáldi Confessóris tui atque Pontíficis contra omnes diáboli nequítias déxteram super nos tuæ propitiatiónis exténde. Per Dóminum.

In Feria II Rogationum et in Vigilia Ascensionis fit de ea Commemoratio.

Ad Horas Antiphona et Psalmi de Feria; ad Primam Lætio brevis Aurum tuum, ut anfra ad Nonam. 34\*

#### Ad Tertiam

Capit. Eccli. 21, 28-29

**L**ábia imprudéntium stulta narrábunt, verba autem prudéntium státera ponderabúntur. In

ore fatuórum cor illórum, et in corde sapiéntium os illórum.

R. br. Sacraméntum regis abscóndere bonum est. \* Allelúa, allelúa. Sacraméntum. V. Opera autem Dei reveláre honorificum. Allelúa, allelúa. Glória Patri. Sacraméntum.

V. Pone, Dómine, custódiam ori meo, allelúa. R. Et óstium circumstántiae lábiis meis, allelúa.

#### Ad Sextam

Capit. Eccli. 28, 28

**S**epi aures tuas spinis, linguam nequam noli audíre et ori tuo fácite óstia et seras.

R. br. Pone, Dómine, custódiam ori meo, \* Allelúa, allelúa. Pone. V. Et óstium circumstántiae lábiis meis. Allelúa, allelúa. Glória Patri. Pone.

V. Dixi: Custódiam vias meas, allelúa. R. Ut non delínguam in lingua mea, allelúa.

**Ad Nonam**

Capit. Eccli. 28, 29-30

**A**urum tuum et argén-  
tum tuum confia et  
verbis tuis fácto statéram  
et frenos ori tuo rectos et  
atténde, ne forte labáris  
in lingua.

R. br. Dixi: Custódiam  
vias meas, \* Allelúa, al-  
lelúa. Dixi. V. Ut non  
delínquam in lingua mea.  
Allelúa, allelúa. Glória  
Patri. Dixi.

V. Pósui ori meo custó-  
diam, allelúa. R. Cum  
consísteret peccátor ad-  
vérum me, allelúa.

**In II Vesperis**

Antiphonae et Capitulum de  
Laudibus 31\* Psalmi de Do-  
minica, sed loco ultimi Ps. 115  
Crédidi.

**Hymnus**

**J**am faces lictor ferat, et  
minántem,  
Jam ferox ensem, rabi-  
dumque tortis  
Vínculus ferrum, sacra ni-  
sacérdos  
Abdita pandat.  
Séntiet vires, animæque  
magnæ

Pródigum pectus: violén-  
tus ira

Non quatit recti sólida te-  
nácer

Mente satélles,

En ruit præceps tumu-  
látus unda

Martyr, et fluctu plácido  
siléntem

Náufragus linguam me-  
lioris ævi

Servat in usum.

At superjéctæ fácili na-  
tántes

Amne discúrrunt, rutilánt-  
que circa

Mártyrem flammæ: bene  
gesta plaudens

Ornat Olýmpus.

Ornat et linguam, rósei  
instar ignis,

Vívidam servans, et ad-  
huc rubéntem,

Indicat, quænam fúerit  
tacéntis

Grátia linguæ.

Sit decus Patri, genitæ-  
que Proli,

Spíritum laudent, ab utró-  
que puris

Qui calet flammis, sine  
fine psallens

Orbis utérque.

Amen.

V. Pósui ori meo custódiam, allelúja. R. Cum consísteret peccátor ad vérum me, allelúja.

Ad Magnif. Ant. In conspéctu poténtium admirabilis ero, et fácies prícipum mirabúntur me: tacétem me sustinébunt, et loquéntem me respícient, allelúja.

## Oratio

Deus, qui ob invictum ut supra 32\*.

*Et fit Com. sequentis (S. Paschalis Baylon Conf., duplex)*

Ant. Similábo eum viro sapiénti, qui aedificávit domum suam supra petram, allelúja.

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum, allelúja. R. Stolam gloriæ induit eum, allelúja.

## Oratio

Deus, qui beatum Paschálem Confessórem tuum mirifica erga Córporis et Sanguinis tui sacra mystéria dilectione decorásti: concéde propítius; ut, quam ille ex hoc divino convívio spíritus percépit pinguédi-

nem, eándem et nos percípere mereámur.

Deinde Com. S. Ubaldi:

Ant. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam gloriæ induit eum, et ad portas paradísi corónavit eum, allelúja.

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, allelúja. R. Et osténdit illi regnum Dei, allelúja.

## Oratio

Auxílium tuum nobis, Dómine, quæsumus, plácatus impénde: et intercessióne beáti Ubáldi Confessóris tui atque Pontificis contra omnes diáboli nequítias déxteram super nos tuæ propitiatiónis exténde. Per Dóminum.

Completorium de Feria.

Die 5 Junii  
S. Bonifatii  
Episcopi et Martyris

## Duplex II classis

Omnia de Communi unius Martyris Tempore Paschali praeter ea, quae in Breviario hac die habentur propria.

In I Nocturno Lectiones A Miléto, de Communi unius Mart. extra Tempus Paschale 1 loco, cum Responsoriis de Communi Martyrum Tempore Paschali.

## Index alphabeticus

	pag.
Adalberti Ep. et Mart., Com. 23 Aprilii	14
Antonini Ep. et Conf., duplex. 10 Maji	17
Apparatio S. Michaelis Archang., dupl. majus. 8 Maji	16
Bonifatii Ep. et Mart., duplex II classis. 5 Junii	35
Clementis Mariæ Hofbauer Conf., duplex. 15 Martii	5
Conradi de Parzham Conf., duplex. 21 Aprilis	7
Gothardi Ep. et Conf., Com. 4 Maji	15
Gregorii Nazianzeni, Ep. Conf. Doct., duplex. 9 Maji	17
Joannis Apostoli ante Portam Latinam, duplex I classis. 6 Maji	16
Joannis Nepomuceni Martyris, duplex majus. 16 Maji	22
Nerei, Achillei et Domitillæ Virg., atque Pancratii Mm. semiduplex. 12 Maji	20
Petri Canisii Conf. et Doct., duplex II classis. 27 Aprilis	15
Stanislai Ep. et Mart., duplex. 7 Maji	16
Walburgæ Virg., duplex. 11 Maji	17